



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 55. Oratio Salmeronis Jesuitæ circa Calicis usum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

§. LIV.

*Sex articulorum examen circa Communionem a Legatis inchoatum.*

*Pallav. c. 6.* Cum interea Cæsar adeo sollicite Synodi Præsides hortaretur, ut in

illa cum omni libertate agerent, ac quæstiones discuterent, pari studio Pontifex eosdem vehementer ad eandem solertiam sollicitabat, unde Legati obtenta agendi libertate die decima Junii præprimis inferioris Ordinis Theologos excipiebant.

§. LV.

*Oratio Salmeronis Jesuitæ circa Calicis usum.*

*Pallav. n. 2.* Itaque examen illorum sex articulorum Communionem tangentium usque ad vigesimam tertiam ejusdem Mensis diem protrahebatur: prior vero hanc in rem verba faciebat Alphonsus Salmeron Jesuita, ac Pontificis Theologus, qui disserens de primo articulo: *an quilibet ex Chri-*

a Cæsare propositis nullus fuerit, cuius postea in Synodo mentio non fuerit facta, aut decretum desuper editum: qua ergo ratione Continuator Legatis imputare potest, quod hosce reformationis articulos proponere promiserint, id tamen dextere declinare sciverint.

*Christianis hominibus divino præcepto ad- Sæc. XVI.  
stringatur, ad communionem sub utraque A.C. 1562.  
Specie sumendam, hæc præmisit: „cer-  
„tum est, quod Ecclesia, quæ columna,  
„ac firmamentum veritatis est, errare  
„non possit: dum igitur ipsa diuturno  
„tempore vetuit laicos uti calice, quem-  
„admodum constat ex Conciliis Con-  
„stantiensi, & Basileensi, & ex omni-  
„bus Scholaisticis, trecentis abhinc an-  
„nis, hinc pro certo habetur, divinum  
„mandatum, vi cuius Eucharistia sub  
„duplici specie sumeretur, non adesse:  
„præterea, cum ante omnem memo-  
„riam vetus esset consuetudo non dandi  
„calicem cunctis, qui Eucharistiam ac-  
„cipiebant, oportebat usque ab Aposto-  
„lorum ætate eam provenire, eoquod  
„aliter, cum homines tenacissimi sint  
„eorum, quæ ad Religionem pertinent,  
„fieri non potuisset hæc mutatio sine  
„ingenti strepitu, & sine superstite rei  
„memoria. His præmissis studuit post-  
ea eam conjecturam confirmare exem-  
plis, & veteris multarum histo-  
riarum, ac plurimorum Patrum dictis,  
ex quibus colligebatur, quod usus ille  
non porrigiendi calicem cuicunque,  
qui consecratum Panem sumit, a pri-  
mis usque temporibus extiterit: dein  
respondit iis, quæ objectabantur ex  
Sacris literis, ostendens, ex quibus-*

H 3 dam

Sæcul. XVI. dam illarum locis aliud non erui, nisi  
A.C. 1562. utramque speciem in Cœna fuisse datam  
 a Christo, cuius actiones omnes sequi  
 non jubemur secundum omnes condi-  
 tiones, sed quoad eas, quæ ab ipso  
 præcipiuntur per declarationem Scri-  
 pturæ, aut per Ecclesiæ traditionem;  
 ex aliis vero locis probari ajebat, quod  
 eidem Ecclesiæ liceret, non autem ab  
 ea præscribatur usus utriusque speciei,  
 exceptis Sacrificantibus, cum iis solis  
 utpote Apostolorum personam gerenti-  
 bus, dixisset Christus in ultima cœna:  
*bibite ex hoc omnes; quemadmodum iis-*  
 dem solis ibi dixerat: *quotiescumque fe-*  
*ceritis, in meam commemorationem facie-*  
*tis: „At vero, prosequebatur hic Theo-*  
*,logus, id, quod legitur in sermone*  
*„Christi capite 6. S. Joannis, ad cun-*  
*,ctos fideles refertur, ibique sermo est*  
*„de Communione Sacramentali, non de*  
*„spirituali, quæ fit per fidem, aut per*  
*„gratiam, sicuti quidam arbitrabantur,*  
*„non tamen probatio ulla inde deduci-*  
*,tur pro Bohemis, afferentibus, quod*  
*„usus utriusque Speciei, & non unius*  
*„tantum nobis a Domino præcipiatur:*  
*„quinimo ad significandum, quod neu-*  
*„ter ex his ritibus obstiturus esset Christi*  
*„Sanctionibus, interdum ab illo in lau-*  
*„dato sermone nominatur simul eſus*  
*„carnis*